Kowaliowski cum Oiderenski

Comparens personaliter coram officio et actis prae-
sen(tibus) castren(sibus) Praemislien(sibus) Nobilis Stanislaus Kowaliow-
ski a terris districtibus omnibusque suis quibusvis propriis
foroque competen(ti) recedens, huic arroganti castren(si) prae-
mislien(si) iurisdictioni se successores bonaque sua omnia quo
ad actum effectumque inscriptionis praesentis attinet incor-
porand(o) [illegible] subijciensque. mente et corpore sa-
nus existens publice personaliterque recognovit. Qua-
si et suos successores de omnibus bonis suis haereditariis et ab-
legatis mobilibus et immobilibus summisque pecunia-
riis quibusvis inscriptis et non inscriptis nunc habitis et
in post habendis in manus Generosi Jozephi Oiderenski
Subdapiferi terrae Sanocensis et eius successorum inscribit
obligat et submittit. Quia ipse intercessit quantum quas
habet cum Anna Regina de Malczycze Generosi olim Joan-
nis Stalo vexilliferi Leopolien(sis) relicta ad summam
bonorum Stanzow cum omnibus attinen(tiis) ipsi in summa
citum concessis natus et ..... conscriptas et descript-
ionibus intercessit quod ipse Kowaliowski satisfaciet
ideo subindex se et successores suos ..... bonis inscri-
psit, in toto et in quavis minima parte satisfaciet
et eadem in intercessit praefatis contracta et descripta
adimplebit. Sin vero ea praemissa in intercessit prae-
fato contracta idem Stanislaus Kowaliowski tam in toto
quam in minima parte non compleverit et idem non satis-
fecerit, ipseque Jozephus Oiderenski ab eadem Regina Cer-
lowa vel illius successoribus Stalo quovis iure impetitus
fuerit extunc praefatus Stanislaus Kowaliowski se et
suos successores super omnibus bonis suis haereditariis et obligando
mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibus-
vis ubi praemissum est inscribit et obligat. eundem Jo-
zephum Oiderenski et illius successores ab impetitione quavis
cuiuscunque quarumlibet personarum occasione praemissorum
non completorum tueri defendere, evincere intercedere
omnesque impetitiones in se successores ac bona sua assumere
tenebitur quando ipsi subijcienti et eius successoribus opus fuerit
sub vadio duorum millium flor(enorum) pecuniae. Nihilominus
praefatus Stanislaus Kowaliowski se et successores suos super
omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem in-

scriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemislien(sia) vel
Sanocen(sia) ante decursum anni transferre transportari
et similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem
facere. Et circa transportationem inscriptionis praesentis Nobilis
Barbaram consortem suam legittimam cum duabus amicis pro-
pius de linea paterna proximioribus adducere et sta-
tuere. Qua statuta tenebitur super inscriptionem praesentem
quo ad omne ius suum reformacionem et advitalitatis et
aliud quovis cum in dictis bonis quomodolibet concernen(tis)
consentire, ratamque inscriptionem in omnibus suis pu(nc)tis,
consentire ..... et articulis approbare confir-
mare et ratificare sub simili vadio duorum millium
flor(enorum) pecuniae, in casu non completionis praemissorum in
praesenti inscriptione contentorum praefatus Kowaliowski
et eius successores eidem Oiderenski vel eius posteris ad
solvendum decernitur et de facto tenebitur quando opus fuerit
successoribus. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatis
successoribus cum suis successoribus citatus extunc a terris
recognoscens districtibus omnibusque suis quibusvis propriis recedens
coram castren(si) capitaneali Praemislien(si) vel Sanocen(si) iu-
dicio seu officio, cui se ad quod fuerit citabitur astare
praesentis respectu cum omnibus bonis et successoribus
subijcit in primo termino tacto tanquam peremptorie
stare parere respondere ac pro praefato vadio seu
vadiis omnibus exceptionibus, contradictionibus, prae-
scriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus
dilationibusque prorogationibus, ad quietationem dilationem non petendi
causamque vel simplici inscriptione, actione pro maiori
vel simplici inscriptione, poena trium marcarum et triplici poena legalibus qui-
busvis impedimentis, ac aliis omnibus iuris dilationi-
bus caveri sentencia et in partem ..... satisfac-
tionemque tenebitur quando opus fuerit tenebitur
cum suis successoribus. [illegible]
Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Brzoski quietat Rostwienski

Comparens personaliter coram officio et actis praesen(tibus)
castren(sibus) Praemislien(sibus) Nobilis Mathias Brzoski a iure
foro suis propriis quibusvis recedens, seque cum bonis
et successoribus suis quoad actum praesentem incorporando
et subijciendo mente et corpore sanus existens publice per-
sonaliter expressissimeque suo quantum ad eius spectat tutricem per[illegible]